



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

D. Andreae Bodensteinij Archidiaconi Vuittenbergensis Apologeticæ
propositiones, pro Reuerendo Patre D. M. Lutherio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

C O N T R A D . I O A N

D . ANDRE AE Bodensteinj Archidiaconi Vuit
tenbergensis Apologeticæ propositiones, pro
Reuerendo Patre D.M.Lutherio.

Prima Eckij conclusio contra Vuitenbergenses in funda
mento est, Ecclesiam militatem (cui tempus plenitudinis e
vangelice aduehit, cum sit congregatio omniū fidelium, inter
quos non pauci sunt iusti) non uideri pœnitentia indigere.

1. Eckius non intelligit quod ecclesia ingemiscit, negat quod ec
clesia confiteatur, & turpiter orationes, in quibus uerbi ignorat.

2. Quoniam ecclesia annua quadragesimali obseruatione,
se purificari confitetur, & universaliter coacta dicit, Pecca
tores te rogamus &c.

3. Eckius autem tollendo pœnitentiā ecclesiæ, eius purifica
tionem negat, quam ipsa confitetur, ne a domino iudicetur.

4. Ecclesia petit dei populum ab omnibus peccatis emun
dari, quæ uerba sunt pœnitentis Psal. I. Ita quoque expositu
lat ecclesia, Sacronos purificante ieiunio. Item a noxijs quo
que uitij cessare concede.

5. Dicit item, Deus qui culpa offenderis, & pœnitentia pla
caris &c. Et flagella quæ meremur, auerte. Non dicit, meriti
sumus, sed meremur. Item aduerte, pœnitentia placaris.

6. Et in alia collecta, Parce domine parce populo tuo, ut di
gnis flagellis castigatus, in tua miseratione respiret.

7. Nonne ecclesia seu populus dei petit se castigari, quod si
non est pœnitere, Eckius iudicabit.

8. Hoc idem inter suffragia in Collecta, Deus qui culpas no
stras prijs uerberibus percutis &c., ecclesia petit.

9. Vide Eckij collectam quæ ecclesia facit, & petit ab imminentibus
peccatorum suorum periculis, deo protegente saluari.

10. Quæ petit a populo dei flagella iræ diuinæ auerti. Sed
fortasse Eckius absq; librī facile respondebit, ecclesiam de
precari, ut ab imminentibus peccatis liberetur. Non ab his
quæ insunt, sed quæ imminent.

NEM ECKIVM THEOLOGVM:

- 11 Verum ut euasiones manifestis occuldatur septis, ei collectam hanc opponimus, Purifica quæsumus domine tuorum corda fidelium, ut a terrena cupiditate mundati & præsentis uitæ exuantur &c. Adde & alteram eius diei collectam, qua petit, ut sancta deuotio purificationem tribuat.
- 12 Ex qua oratione ad literā uidemus ecclesiam deprecari ut fidelit̄ dei corda purifcentur, quod humiliatis causa dictum esse, nemo nisi anathemate p̄cutiendus, dicere audet
- 13 Per fideles dei, quos audet intelligere, nisi eos, qui & sive uiuunt iustos?
- 14 Secundo ad literam appetat ecclesiam deprecari, ut de fideles, hoc est iusti, a cupiditate terrena mundentur, ergo habent immundiciem purgandam.
- 15 Rogo Eckium, quid aliud efflagitat ecclesia, nisi ut iusti mundentur ab ædificatione illa, qua iusti super fidē Christi, lignum, fœnum, & stipulam ædificant.
- 16 Qui non pereunt, sed per ignem saluantur, cuius diuersa est penes Aug. & Greg. interpretatio.
- 17 Aedificant qui carnali affectu circa t̄palia tenentur &c.
- 18 Petit ecclesia ut eius membra sancta, a cupiditate terrena purifcentur, ut sordes subnascentes diluantur.
- 19 Quod timuit illa, quæ pulsanti sposo dixit, Lauui pedes meos, quomodo inquinabo illos.
- 20 Petit ecclesia, qđ Christus patrem cœlestem facturum promisit, uidelicet ut palmitē ad ferendos fructus purget.
- 21 Cum in multis offendimus omnes, idcirco ecclesia petit purgari ab offensis & culpis, & agit poenitentiam.
- 22 Petit ut fidelium corda purifcentur, quia omnes fideles uetus statem ex peccato relictam habent, quæ in interiori homine de die in diem renouatur.
- 23 Petit quod apostolica præcipiunt mandata, renouari scilicet spiritu mentis, & indui nouo homine.
- 24 Eximia est poenitentia, peccata & infirmitates fateri,

R ij

C O N T R A D . I O A N

- & sanitatem a medico precari.
- 25 Eleemosynæ, iejunium, & oratio, remedia sunt uenialia
um peccatorum.
- 26 Tametsi euāgelicæ plenitudinē tps ecclesiæ aduenerit
- 27 Attamen uniuersa ecclesia quamdiu militauerit, quoti
dianæ pœnitentiæ est indiga.
- 28 Ecclesia militans ideo dicitur, quod rebellat semp & in
omni bono opere uitij atq; concupiscentijs impugnatur.
- 29 Fit, dum iustus fortiter pugnat, fatigatio, quæ hilarita
tem datoris lædit, uitiatq; (petram,
- 30 Beatus est ait, nō criminosus, q; allidit parvulos suos ad
- 31 Hoc sit, quod charitas huius uitæ potest augeri, & illud
incrementi quod deest, ex uitio nostro deest.
- 32 Hoc uitium peccatum est, quod ecclesia sancta quotidiana confessione, nec sterili dolore expiat.
- 33 Hoc uitium habent, qui pedum lotione indigent.
- 34 Quod boni & malí, filij dei habent, semper enim, dum
bene facit iustus, peccat, & bonus & malus est.
- 35 Immo nemo coram deo (nisi iustus) pœnitit.
- 36 Adde quod septies in die iustus cadit, sed nō colliditur,
quia dominus supponit manum, secundum Cassianum pa
tet quod fideles iusti cadunt.
- 37 Quibus iustis dominus manum supponit, Et ideo non
imputat peccata, quod peccata sua agnoscent, ac femur per
cutiunt, & debitoribus remittunt debita.
- 38 Mordaces illi qti sub titulo M. & A. uerbum (imputat)
tanquam indecens seu nō congruens notant, literas sacras
rident, & ecclesiasticos adlatrant, sed cur? quia legere & in
telligere, ut bene loquantur, nolunt.
- 39 Agunt pœnitentiam incorporandi, agunt & ueraciter,
ecclesiæ incorporati.
- 40 Sed & nullum ex literis apostolicis (quibus ecclesia san
cta sine ruga & macula prædicatur) Eckius auxilium petat,

NEM ECKIVM THEOLOGVM.

ne cæteras scripturas, hac male intellecta, ut Faustus legem
Moysi lacescat & rumpat, quoniam præmissis non obstat Aus-
gustinus contra Julianum libro quarto, cap. iiiij.

CONCLVSIO secunda R. P. D. Martini Lutheri ex uerbis euangelicis.

Quod uerbum poenitentia de poenitentia sacramentali,
id est, confessionis & satisfactionis, quæ sacerdotum ministerio
celebratur, non potest intelligi.

ECKIVS IMP VGNATOR.

Interiorem poenitentiā magnā esse, Christus & omnes Christiani
docuerunt. Siquidem deus cor aspicit & uolūtatem. Vidua hoc do-
cet, quæ minuta duo in Gazophylaciū misit, & plus omnibus misit
D. Iesu teste. Est enim uoluntas in anima, sicut regina in regno.

D. ANDREAE BODENSTEINII, AR-
chidiaconi Vittenbergensis apologeticae
propositiones, pro reuerendo Pa-
tre D. Martino Lutherio.

1 Veruntamen cum Eckius in secunda contra nos conclusione, idcirco magnam interiorem fecit poenitentiam, quod
uoluntatem reginam suorum actuum dicit, ostendit se uel
ignorare literas sanctas, uel eis aperte contradicere.

2 Nam uoluntas nostra nō est regina & domina eorum operum, quæ deus ut uoluntatis escent, fecit. Nisi liceat cum
audaculo Eckio securitatem uoluntati promittere, contra
prophetica & apostolica documenta,

3 Idem Eckius se ignorare ostendit, quod poenitentia est
donum dei, quod deus in nobis operatur.

4 D. Eckium hac scriptura sat̄ confutari existimo, quam
Hieremias ædidit, Conuerte me domine & conuertar, quia
tu domine deus meus. Postq; enim conuertisti me, egi poenitentiā, postquam ostendisti mihi, percussi femur meū &c.
Quam legat, & uideat confusionem suam, Hiero. interprete, Ambro. & nonnullos alios non sine causa recitemus.

R. iiiij